Recognitio Truskolaski sive eius posteri ad instantiam praefati Gnosi Kochanski obligatus sui sive ipsius successorum ad officium praesentis Castrensis Capituli Praemyslien. extunc recessu dicto quoad indum spectat me diante semper in primo actionis termino tanquam peremptorio stare imparere indicio ex dictum praefatum luere inscriptionem huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seq. ac suos posteros ad eadem omnia inscribit et obligat illum primum terminum semper peremptorium rem Reliqua legantur ex praecedenti inscriptione Roborata per Gnosos Szeptyckie recognita ad finem nihil immutando

Et in eodem coram eodem officio et actis praesentis Castrensis Capitulis Praemyslien. comparens personaliter Gnosa Catherina de Komorow Consors legitima praefati Recognitionis Gnosi Alberti Truskolaski cum eiusdem mentis sui et Gnosorum Joannis Komorowski germani fratris et Matthiae Lokowski amici de linea paterna proximior ad latus ipsius personaliter comparentem assistentem et ultroneo ad infrascriptam recognoscentem consensu sana mente et corpore exstantes a terris districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedentibus praesentibus vero Castrensis Capituli Praemyslien. iurisdictionem secum suis successoribus quo ad actum praesentem attinet totaliter ac plenarie incorporantem subiacentem palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa de Juribus suis Reformatione et Adiunctis ac alio quovis per se Recognoscentem ad praedicta bona per praefatum mantum suum obligata habito ultro et benevole sui Inscriptionem praedictam adscriptitiam praesentem et priorem originalem obligationem consensit et annuit prout praesentem consensit et annuit. Eandem in toto de praedictis iuribus suis approbat confirmat et ratificat ac pro rato et grato suscipit praesentem hac Recognitione ad praemissa mediante

Truskolascy Coniuges Ad vitalitatem inscribunt

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentis Castrensis Capitulis Praemyslien. Gnosi Albertus Truskolaski ac Gna Catherina de Komorow ab altera partibus Coniuges sani mentibus et corporibus

extes

extentes a terris districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedentibus praesentibus vero Castrensis Capituli Praemyslien. iurisdictionem secum suis posteris quo ad actum praesentem attinet totaliter ac plenarie incorporantem subiacentem palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi mutuo et invicem bonorum suorum gloriosorum Kaemorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum habitae et habendae nec non auri argenti et cuiusdam vestium vestimentorum ac aliarum quarumvis rerum in quavis materia forma genere et specie existentium tum pecorum pecudum equorum totiusque supellectilis domesticae habitae et in post habendam mutuam et reciprocam ad vitalitatem et usufructum dederunt concesserunt et inscripserunt ad vitae suae tempora prout praesentem dant concedunt et inscribunt tali scilicet modo et conditione Quod si prius praedictum Gnosum Mantum suum quam ipsum Coniugem contigerit de hac vita migrare extunc praefata Coniunx superstes bona haereditaria et obligata mobilia et immobilia rerum omnes in praecensitis morte mantis sui derelictae cum omni eorundem bonorum et rerum usufructu ac commodo tenebit habebit et possidebit illaque quiete et pacifice utifruetur ac ad usus suos quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertet ad extrema vitae suae tempora post decessum vero ipsius praefata bona gloriosa omnia ac res supra recensitas ad successores dicti mantis sui sine quavis contradictione et praeditione successorum Coniugis totaliter et plenarie devolvi et converti debebunt similiter quatenus si prius ipsum Coniugem ultima fata subire acciderit quam mantum suum extunc is idem mantus suus memorata bona gloriosa ac res dictas universas morte eius derelictas eodem modo ac tenebit iuris quo coniunx sua tenebit habebit et possidebit illaque utifruetur ad usus suos quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertet decedente vero de hac luce praedicto mantis suo extunc omnia bona ac res praefatae omnes ad successores Coniugis suae non contradicentibus posteris suis devolventur et redibunt

Truskolaski et Kochan